
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

L. N. 1240.
3-147
8°

LN 1240
ex. 2.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Kay Høegs eks.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

ORATIO DE VERA ET CATHOLICA

Eccleſia/ et quomodo/ quibus mo-
dis /ac mediis Deus ſe et ſuam
voluntatem et patefecit/ ſcripta
à Nicol: Palla: Super-
intendente Scha-
nienſi.

1556.



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Kay Høegs Samling 1870

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

CVm omnium difficillimum ac pe-
riculoſiſſimum ſit ſuſtinere munus
docēdi verbi Dei in Eccleſia Chri-
ſtiana / quo ipſe Deus etiam proprium
filium fungi voluit/omnibus piis doc-
toribus in conſolationem / vtiliſſimum
ac ſumme neceſſarium eſſe omnes pii
iudicant/vt (ſemel ad minus) in anno
Præpoſiti ōnes / cū aliquot Parochis
in vnum locum conueniant / non ſolum
ad mutuam in ſana doctrina coædifi-
cationem /vel concordiam et vniformi-
tatem doctrinæ et piarum cæremonia-
rum retinendam /ſed etiam coniunctis
ardentiſſimis precibus ac votis Chri-
ſto Archypaſtori ſua ſtudia / ac labores
commendent / vt ipſe ſuo ſpiritu ſancto
corda eorum ita corroborare dignetur /
vt intrepide / toto mundo aduerſante /
veritatem diuinam proclamare audeant.
Non ſolum enim antiqua et laudabilis
conſuetudo/ qua ſingularum prouinci-
arum Præpoſiti pro cōmuni cōſolatio-

ne et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

ne et ad gloriam Dei propagandam / conuocari ſolẽt / nos quoqz ad Synodũ diœceſanã inuitat / ſed etiam vicinatum regionum miſerabilis Eccleſiarum ſtatus nos vrget / vt ad ſalutare colloquiũ ſingulis annis conueniamus ac de rebus vtiliſſimis / et ad veram religionẽ pertinentibus inter nos conferamus / noſque mutuo aduerſus imminentia mala confirmemus. Nam ſæpe malũ propter vicinum malum / Et tunc tua res agitur paries cum proximus ardet. Hactenus enim Spiræ / Tridenti / Auguſtæ / Ratiſbonæ / et alibi in Germania multoties concilia celebrata ſunt / quibus cœtus et Eccleſia malignãtium in nomine patris mendaciorum congregata fuerat in eum finem præcipue / vt Antichriſtus filius perditionis iuſticiam operum humanorum / et doctrinas dæmoniorũ multiplices Eccleſiis reſtituat / Si igitur impiorum agmina tanta alacritate ex longinquis terris in vnum

 conuolant

conuolant acturi de extirpanda vera re-
ligione/ falſa vero (in gratiam ventris
ſui) recuperanda/ quanto magis pios
Chriſti miniſtros in vnum conuenire
neceſſe eſt / ad pium colloquium de il-
lis negotiis / quæ ad gloriam Dei il-
luſtrandam & harum Eccleſiarum ædi-
ficationem ſpectant/ Tali vnanimi doc-
torum Eccleſiæ congregationi teſtatus
eſt Deus ipſe ſuo ſpiritu ſe adfuturum
eſſe/cum in die ſancto Pentecoſtes A-
poſtolos vnanimiter congregatos ſpiri-
tu ſancto donauerit atqꝫ impleuerit/cu-
ius inflammatione/doctiores/animo-
ſiores/ ac hylares redditi ſunt. Petrus
enim Apoſtolus / qui antea ad vocem
miſeræ ancillæ / ita conſternatus erat/
vt ter ſuum dominum negaret/iam au-
ſus eſt intrepide corã Pontificibus con-
fiteri filium Dei crucifixum et eos pa-
lam homicidas proclamare/ Cuius et
aliorum Apoſtolorum exemplum hac
in re omnibus fidelibus Eccleſiæ mi-

niſtris

niſtris imitandum eſt/ Nam non eſt quod in mundo ſperemus ſecuram tranquillitatem aut concordiam in religione futuram eſſe/cum hoſtis Dei ſemel in paradyſo noſtrũ dominum odiſſe ceperit ac ipſius calcaneum mordere/ nequaquam/ cum ſit natura mendax/ ceſſare poteſt/ quin ſua venenata membra excitet/ ad deprauandam veritatis doctrinam/ et ad perſequendam Eccleſiam Chriſti. Cõtra quæ opera Sathanæ ſingulis animarum curatoribus indies (auxilio Chriſti) pugnandum eſt cum ſint ſub domino et duce Zebaoth/ qui non dormientium/ aut otioſorum/ ſed ſtrenue militantium dominus eſt.

Porro cauſſæ huius anniuerſariæ Synodi præcipuæ ſunt.

Primum vt in ea agatur de doctrina populo proponenda.

Secundo vt de iis rebus agatur/ quæ ad Eccleſiarũ rite gubernandarum

rationem pertinent.

Tertio / vt admoneantur et cor‑
rigantur / ſi qui vel in doctrina traden‑
da non ſatis circumſpecti / aut non ſatis
ſani fuerunt / vel vita et moribus diſſo‑
lutioribus / aut facto aliquo Eccleſiam
polluerunt.

Quarto / vt quiſq; ſuas difficul‑
tates et aliorum vitia (ſi nouit) Super‑
intendenti aperiat. Propter has / et
ſimiles arduas cauſſas monis hæc di‑
œceſana Synodus hactenus cœlebra‑
ta eſt.

Eſt enim Synodꝰ duplex { Vniuerſalis. / Particularis

Vniuerſalis Synodus eſt Epiſcopo‑
rum et aliorum Eccleſiæ primorum cō‑
uentus ad certum locum / ex mandato
Principis ſeu Monarchæ conuocantis
eos ex toto imperio / vt inter ſe confe‑
rant de dogmatibus / iuxta Analogiam
fidei cōtra Hæreticos et Schiſmaticos.

Talis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Talis fuit Synodus Nicæna/ Conſtantinopolitana/Epheſina/ Calcedonenſis &c.

Particularis eſt conuentus Epiſcoporum et aliorum Eccleſiæ miniſtrorū ſine conuocatione imperiali.

Huius particularis Synodi/alia eſt Nationalis quando ex toto aliquo regno conueniūt Primores/ alia diœceſana/quando ſinguli Epiſcopi cum ſuis Præpoſitis et Parochis cōueniūt/alia prouincialis quando Præpoſiti Parochos prouinciales in vnū conuocāt/Hic autem noſter conuentus vocatur Synodus diœceſana/ quæ ſane prudenti conſilio et conſuetudine laudabili hactenus ſingulis ānis in hoc regno cōſeruata eſt.

Pro mutua igitur in ſana doctrina coœdificationes pauca de veræ et Catholica Eccleſia dicam.

I

De vera et Catholica Eccleſia.

Quid

1 Quid ſit. 2 Quanta ſit.
3 Quid agat. 4 Quid patiatur.
5 Vbi quærẽda ſit. 6 Qui ipſius adificatores ſint.

II.

Quomodo / quibus modis ac mediis Deus ſe ac ſuam voluntatem Eccleſiæ patefecit.

III.

Tertio. Quomodo falſa Eccleſia (ſcilicet Antichriſtiana) omnia veræ Eccleſiæ dogmata turpiſſime iam fere nongentis annis / contra expreſſam voluntatem Dei in verbo reuelatam / corrupit ac deprauauit.

I

De Eccleſia. Quid ſit.

Cum miniſtri verbi a Deo / præcipue ad hoc vocati ſint / vt Eccleſiam Chriſti / quam ſanguine ſuo ſibi acquiſiuit / paſcant verbo Dei / vtile eſt (vt falſam a vera diſcernant) ſcire qualis

cœtus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

cœtus vera Eccleſia ſit/ Nam aduerſarii dicunt eſſe cœtum hominum / in quo Romanus Pontifex eſt ſummum caput/ habens ſpiritualem et ſecularem poteſtatem/ Et quicquid ille docet/ inſtituit et mandat/ id ſub pœna excommunicationis acceptandum eſt/ Et fingunt eam ſimilem Romano imperio/ vt quemadmodum Romanorum imperator habet ſub ſe.

1 Reges.
2 Duces.
3 Comites.
4 Barones.
5 Præfectos.
6 Conſules.
7 Ciues et ruſticos.

Ita in Eccleſia (inquiunt) habet papa ſub ſe.

1 Cardinales.
2 Epiſcopos.
3 Abbates.

4. Canonicos.
5 Officiales.
6 Diaconos/ Hypodiaconos.
7 Agmina Monachorũ/ Monialium / ſacrificulorum ꝛc.

Hoc modo fingunt Eccleſiã ſimilē eſſe Politiis mũdanis/ Imo ſupra omnem mũdi potentiã/ Et ideo Caput Romanæ Ecceſiæ gladium geſtat / quo plus quã Turcicus tyrannus / veram Eccleſiam perſequitur/ cũ tamen talis dominandi poteſtas Eccleſiæ miniſtris a Chriſto prohibita ſit. Reges gentium dominantur eorum/ vos autem non ſic. Item Qui gladium acceperit/ gladio peribit ꝛc.

Vera autem definitio Eccleſiæ traditur a D: Paulo Ephe: 2. Non eſtis hoſpites et aduenæ/ſed ciues ſanctorũ/ et domeſtici Dei ædificati etc.

Eſt igitur vera Eccleſia/ Ciuitas vel domus Dei ſpiritualis ædificata ſuper fundamentum Prophetarum et Apo-

Apoſtolorum/in quo ædificio ſummus
angularis lapis eſt Filius Dei/quæ do-
mus dei regitur/habitatur/defenditur
ab ipſo Deo/in qua/domeſtici ſūt par-
tim boni/partim mali/Sed tamē tales
mali qui fundamentum non oppugnant
et nō eiiciuntur domo/etiāſi aliqua vi-
tia habeant/Sed ea ſpe tolerantur/vt
tandem meliores fiant.

Hæc definitio congruit cum mul-
tis teſtimoniis ſcripturæ/vt cum dicto
Chriſti/Oues meæ vocē meam audi-
unt. Item. Si quis diligit me ſermo-
nem meum ſeruabit etc. Huc et parabo-
la pertinet Matth: 13 de ſagena miſſa
in mare etc.

Igitur Papiſtarum/Iudeorum/
Mahometiſtarū Eccleſia non eſt ve-
ra Eccleſia/quia non eſt domus dei
ædificata ſuper fundamentū Propheta-
rum et Apoſtolorū/qui vnanimi con-
ſenſu clamant homines conſequi re-
miſſionē peccatorū/per nomen Chriſti

quotquot

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

quotquot credunt in eum. Act: 10.
Cum hoc modo vnam veram Eccleſiæ
definitionem tenemus/facile poſſumus
diſcernere inter veram et falſā Eccleſiā.
Nam aduerſarii veræ Eccleſiæ/
nos atrociſime accuſant / et execrantur
tanquā hoſtes Eccleſiæ Dei/Et nobis
crimina omnium maxime deteſtanda /
falſo obiiciunt motæ ſæditionis in Ec-
cleſia et hæreſeos/et vocāt nos cū Schiſ-
maticos/tum hæreticos. Ne igitur cla-
mores illi frangant animos piorum /
ideo eos bene cōfirmatos ac munitos eſſe
oportet cōtra tales obiectiones/quod ve℥
neceſſe ſit diſſentire a defenſoribus iniu-
ſtæ crudelitatis et errorum. Prima
confirmatio hæc eſt. Illi qui ex animo
et non ſimulate prouocant ad iudicia
Eccleſiæ /nequaquā ſunt hoſtes Eccle-
ſiæ / aut ſæditioſi aut Schyſmatici aut
hæretici /quia ſcriptum eſt/Si Eccleſi-
am non audierit &c. Tantiſper autem
donec non defugit iudicium Eccleſiæ/
non

nã poteſt dici hoſtis aut Schyſmaticus.
Secunda confirmatio. Hoc conſtat nos non debere ſocios eſſe manifeſtorũ parricidarum / ſicut ſcriptum eſt / Non communices peccatis alienis. Sunt autem manifeſta patricidia / quod multi pii homines propter traditiones humanas / item multi pii ſacerdotes propter coniugium interficiuntur.

Huius crudilitatis ſocietate ſe polluunt / qui gloriantur ſe eſſe Catholicos / et defendere Politiã Pontificiam.

Tertia confirmatio. Manifeſtum eſt mandatum Dei / fugite idola / anteponendum concordiæ et omnibus rebus humanis / Conſtat autẽ Papiſtas tueri manifeſtos idolorum cultus / ſcilicet inuocationem mortuorũ ad certas ſtatuas et horrẽdas prophanationes cœnæ Domini / in miſſis venalibus et funebribus. Hæc mala adeo manifeſta ſunt / vt ex-

cuſari

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

cuſari non poſſint / quæ tamen defen-
dunt et ſtabilire conantur et interficiunt
eos qui diſſentiunt. Ex quo igitur ſunt
hoſtes Euangelii et defendunt manife-
ſtos errores cum verbo Dei pugnātes,
diſſentire ab eis neceſſe eſt / ſicut clare
hæc vox docet. Si quis aliud Euan-
gelium prædicauerit Anathema ſit/quæ
maledictio omnium extrema et ſumma
eſt. Vnde ſciamus reiectos eſſe a Deo
defenſores idolorum et impiorum dog-
matum / nec propter opinionem autori-
tatis eorum/amplectendos eſſe errores/
Hæ et ſimiles cauſſæ tenēdæ ſūt/ quod
neceſſe ſit nos diſſentire a defenſoribus
impietatis /et a falſa Eccleſia /quæ nō
eſt fundata ſuper angularem lapidem
Ieſum Chriſtum/ ſed ſuper Epiſcopū
Romanum / ſucceſſionem ordinariam /
et Hierarchiam Papiſticam.

1 Quæcunqꝫ enim Eccleſia credit
ſatiſfactionem peccatorum per propria
merita

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

merita / non eſt vera Eccleſia / Talis eſt Papiſtica / Ergo.

2 Quæcunqz Eccleſia tenet exter- num dominium in mūdo / eſt falſa Ec- cleſia. Talis eſt Papiſtica / Ergo etc.

3 Hoſtes Eccleſiæ Chriſti et qui de- fendunt idola et impia dogmata et oppugnant fundamentū Prophetarum et Apoſtolorū / nō ſunt Eccleſia Chri- ſti / Talis eſt Papiſtica. Ergo non eſt vera Eccleſia.

Hæc argumenta ex Veræ Eccleſiæ definitione formantur

Quanta eſt Eccleſia?

Non exiſtimemus Eccleſiam alli- gatam eſſe ad ordinariam ſucceſſionem Epiſcoporum aut ad vnum certum lo- cum / regnum / aut ditionem in mundo vt imperia certis ſpatiis incluſa ſunt et ſucceſſoribus ordinariis obtemperant / ſed

ita ſtatu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

ita ſtatutum habeamus Eccleſiam cœ-
tum eſſe hominum piorum diſſipatū to-
to orbe terrarum / alligatum ad miniſte-
rium Euangelii / traditum per Chriſtū
et Apoſtolos / Complectitur ergo Ec-
cleſia totum orbem terrarū / vt in qua-
cunqꝫ parte orbis puritas Euangelii
ſonat/ibi ſit pars Eccleſiæ Dei/vt enim
quondam non ſoli Iſraelitæ fuerunt Ec-
cleſia dei/tametſi tunc Eccleſia certam
ſedem teneret/ſed etiam multi Ethnici/
ita nunc multo minus Eccleſia in an-
guſtum contrahenda eſt/cum Euange-
lium ſparſum ſit per totum orbem ter-
rarum. Erant autem (vt id obiter di-
cam) tria genera hominū ante Chriſtū
ex virgine natum / ex quibus Eccleſia
conſtabat. Primū genus erant Iſraelitæ
id eſt/nati ex ſemine Abrahæ/hos opor-
tebat circumcidi et obſeruare cæremoni-
as Moſaicas. Secundum genus erant
Proſeliti/qui ex gentibus cōuerſi volue-
rūt circumcidi et obſeruare cæremonias
Moſaicas,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Moſaicas. Tertium genus fuit haud
dubie magnum / videlicet / Ethnici qui
in Actis Apoſtolorum vocantur viri re-
ligioſi / qui ſine circumciſione et ob-
ſeruatione didicerant promiſſionẽ ſalutis
datam propter venturum ſemen quo be-
nedicendæ erant omnes gentes. Hac
fide inuocabant verum Deum / qui ſe
populo Iſrael patefecerat. Tales fue-
rũt Naaman Syrus / Nabogodonoſor /
Darius Medus / Cyrus / Cornelius /
Et ſemper multi tales Ethnici fuerunt
Eccleſiæ vera membra. Ita nunc ſci-
amus ibi eſſe Eccleſiæ membra / vbi-
cunq; ſunt amplectentes veram Euan-
gelii doctrinam. Erit enim poſtremo
tempore / vt Daniel ait Cap: 12. Di-
ſperſio populi. Sub Turcico imperio /
ſub aliis Regibus et Põtificibus inimi-
cis puræ doctrinæ Euangelii / paſſim
diſperſi ſunt aliqui pii. Hi teneant hanc
conſolationem / quod Eccleſia non
ſit alligata certis regnis / Sed quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

omnes vbicunqꝫ ſunt/ qui Deum vera agnitione Chriſti / et fide inuocant/ et idola fugiunt / ſunt membra Eccleſiæ Dei / Sententia/ voluntate/ confeſſione ſe quiſqꝫ cum cæteris membris coniungat /vbicunqꝫ enim (inquit Chriſtus) duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ero in medio corū.

Vbi vero fundamentum/ et angularis lapis non eſt /ibi non eſt Eccleſia Dei/ Sed ſpelunca diaboli/ etiamſi ornata ſit ſplendidis cultibus et admirandis operibus/ vt eſt Eccleſia papiſtarum. Ita Eccleſia non eſt alligata certo loco / ordini / aut hominum generi/ Sed omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes /iuxta illud Johel: 2 Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem/et prophetabunt filii veſtri et filiæ veſtræ / Item Zachar: vltimo. Omnes gentes ſacrificabunt et celebrabunt feſtum tabernaculorum.

Quid

Quid agit Eccleſia?

Cum Chriſtus Eccleſiæ ſuæ tanquam ſponſæ non gladium/ ſed claues tradiderit/ nemini obſcurum eſſe poteſt/ quæ propria ſint eius munera et officia. Nam vt imperia quæ gladium tenent belligerantur/ præſunt magnis exercitibus/ ipſa oppida atqꝫ vicos cæſorum hominum corporibus implent/ Sic Eccleſia velut mater familias in domo Dei/ remiſſas et placidas actiones habet. Eſt enim cuſtos et diſpenſatrix facultatum ſponſi/ quod ſi ad eam homines modeſti et verecundi accedant/ non ſolum commemorantes quanta inopia conflictentur/ Sed etiam petentes communicationem beneficiorum Chriſti/ his ipſa benigne aperit/ omnemqꝫ liberalitatem in eos effundit.

Primum enim aqua eos abluit/ quæ ex Chriſti domini latere proflu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

ipſe dicitur in remiſſionem peccatorū noſtrorum / qua nos quoties vtimur / toties meritorum in nos Chriſti nobis venire in mentem debet.

Secundo / animos rudes atqꝫ ignaros veræ religionis / ad intellectum Dei / veræ religionis et meritorū Chriſti inſtituit atqꝫ inuitat / ſimul docens quo pacto illa beneficia accipi debeant et poſſint.

Tertio / lapſos ad pœnitentiam reuocat / Et credentes a peccato abſoluit. Ac ne fides illorum labefactetur / impertit etiam corpus et ſanguinem Chriſti / quæ certa ſunt pignora ingentis amoris / quo liberator ille nos complexus eſt / Econtra / prophanos / quos Chriſtus canes et porcos nominat / a ſua domo arcet et eam tantiſper occluſam tenet / donec illi de mente impia deſiſtant.

Quartum offitium eſt corpus et facultates conferre ad miniſteriū conſtitutionem

tutionem

tuitionem/ et defenſionem. Item Si opus ſit / potius amittere vitam et opes / quam abiicere Euange.iũ in confeſsione/ ſicut ſcriptum eſt Math: 16. Si quis voluerit me ſequi/ abneget ſemetipſum et tollat crucem ſuam.

Hæc propria ſunt Eccleſiæ officia et munera/quæ clauium appellatione ſignificantur/ Hæc ipſa quoqȝ venuſtiſſime a propheta deſcribuntur/ cũ ait. Poſui verba mea in ore tuo/ Et in vmbra manus meæ protexi te/ vt plantes cœlos et fundes terram ꝛc. id eſt. Spargas Euangelii doctrinam tanquam plantulas in horto cœleſti/ .i. Eccleſia/ vt ſemper ſit aliqua Eccleſiæ frequentia/in qua vox Euangelii ſonet Et illius hoſpitia Deo commendemus. Eſa: 51.

Quid patitur Eccleſia:

Crucem/ afflictiones et varia genera calamitatum/ Sicut predixit

Chriſtus. In mundo preſſuram in me
autem pacem habebitis. Mitto vos
tanquam oues in medio luporum/
Item eritis odio omnibus hominibus
propter nomen meum &c. Propter has
ærumnas maxima pars hominũ iudi/
cat Eccleſiam a Deo abiectam eſſe/aut
commenticiam eſſe totam doctrinam de
Deo/ quia videmus Eccleſiam cala/
mitoſiorem eſſe cæteris gentibus aut
certe nihilo tranquilliorem. Cum enim
hæredes vitæ æterna a Tyrannis tru/
cidantur/ multo crudelius quam vllæ
beſtiæ/ cũ Baptiſta ab Herode/ Pau/
lus a Nerone interficitur/ nequaquam
iudicant ſpectatores/ Baptiſtam aut
Paulum deo curæ eſſe/ et a Deo iu/
uari/ Sed iudicant hos miſeriores eſſe
vllis creaturis.

Ita hoc tempore multi falſo ra/
tiocinantur. Turci habent maximos
et fœliciſsimos ſucceſſus in imperio/
volitant per orbem terrarum velut ſa/
gittæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

gittæ ingenti impetu contortæ / quæ
omnia et proſternunt qua petunt / om-
nia eis cedunt / omnia prona ſunt /
Quare conſentaneum eſt Turcicum
cœtum Deo placere et hoc genus doc-
trinæ quod profitentur a Deo traditũ
eſſe / Econtra / quid ærumnoſius
cogitari poteſt / quã cœtus titulo Chri-
ſti ſeſe ornans / Nam et diſſidiis dog-
matum laceratur / Et ſentit tyrannorũ
ſeuitiam / deniq; triſtiſſima ſeruitute op-
preſsus iacet. Hoc ſcandalum multos
mouet / vt cogitent doctrinam / quam
Eccleſia in tantis ærumnis circumfert /
fabuloſam eſſe / Neceſſe eſt igitur pias
mentes aduerſus hæc ſcandala præmu-
niri et doceri / cur Eccleſia tantis ærũ-
nis ſubiecta ſit / Vna enim eſt prin-
cipalis cauſſa / Cur ſubiecta ſit cruci
quam habet communem cum toto mũ-
do / ſcilicet quod adhuc in carne circũ-
ferat peccatum / ideo vult Deus / eam
agnoſcere et ſentire iram ſuam aduerſus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

peccatū/ de hac admonet per varias æ-
rumnas/ deinde multæ aliæ cauſſæ
concurrunt/ Ac poſſunt numerari cau-
ſſæ decem / cur Eccleſia ſubiecta ſit
cruci/ quæ in libro locorum cōmunium
a Philippo Melanchtone recitantur.
Etiamſi vero tantis malis obnoxia ſit/
tamen ſtatuendum eſt eam exaudiri a
Deo/Et in mediis diabolorum ac ty-
rannorum furoribus conſeruari. Ac
nullum miraculū maius hodie in mun-
do eſſe poteſt/ quam quod inter tot a-
trociſſimos hoſtes/ et tam longo tem-
pore Eccleſia conſeruata ſit / Eſt enim
vndiqꝫ hoſtibus circumdata/ quorum
primus eſt Romanus prædo/cum to-
ta turba Cardinalium/Epiſcoporum/
Monachorum ꝛc. Deinde/ So-
phiſtæ et falſi fratres/ qui ſuis men-
daciis et peruerſis opinionibus doctri-
nā cœleſtem extinguere conantur/ Po-
ſtea Tyranni qui gladio/igne/ direp-
tione bonorum Eccleſiaſticorum/ vin-
culis

culis et homicidiis non ceſſant Eccleſiam oppugnare / Deniqz Sathan ipſe cum toto Cacodæmonum exercitu / et inferorum portis / ſe horribiliter et maximo furore Eccleſiæ opponit / Et tamen inter hos hoſtes (diuina protectione) tanquam roſa inter ſpinas floret et miraculoſe conſeruatur.

Vbi querenda eſt Eccleſia?

Etſi regna ſunt in eo loco / vbi eſt maior multitudo / inſtructa armis et potentia / tamen Eccleſia alias habet notas externas / ſcilicet profeſſionem puræ doctrinæ Euangelii / vſum legitimum ſacramentorum / et obedientiam erga miniſterium / quatenus eam præcipit Euangelium. Nullibi igitur quærenda eſt Eccleſia niſi in cœtu vocatorum / id eſt in illa congregatione / in qua ſonat vox Dei et retinetur vera doctrinæ fundamentum et articuli fidei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

dei integri et non defenduntur manifeſti cultus idolorum/ Deinde vbi legitime adminiſtrantur ſacramenta ſecundū Chriſti inſtitutionem. Ad hunc cœtū/ qui non eſt alligatus certo loco / certis perſonis / vt ſucceſſioni ordinaria Romanorum pontificum / aut ſenatui Epiſcoporum et Cardinalium ſiue concilio / ſed tantū verbo Dei incorrupto tradito per Prophetas et Apoſtolos / nos votis/fide / et profeſſione adiungamus.

Subiiciat autem aliquis in hac quinta quæſtione de Eccleſia/ Cum Superioribus aliquot ſeculis antequam Lutherus Dei inſtinctu doctrinam repurgaret / non modo ſacramenta contra Chriſti inſtitutionem adminiſtrata ſint / ſed etiam in templis / aut omnino / aut magna ex parte vox Euangelii humanis opinionibus obſcurata ſit / conſentaneum eſt prorſus interiiſſe Eccleſiam/ aut certe in anguſtum a-

deo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

deo contractum fuiſſe/ Vt magna multitudo hominum in ſedem aut regionem damnatorum deſcenderit/ vt olim cum ex vniuerſa multitudine totius humani generis/ non niſi octo animæ ſeruatæ ſunt.

Ad has obiectiones/primum hoc reſpondeo/ Eccleſiam fuiſſe ſqualidiorē poſtquam aucta et confirmata eſſet tyrannis Romani pontificis. Ac de eo tempore Apoſtoli nominatim vaticinati ſunt. Paulus enim clare ait in Eccleſia dominaturum eſſe hominem peccati/ extollentem ſe ſupra cultum Dei. Sic in Actis Apoſtolorum/ Cap: 20 Scio quod poſt diſceſſum meum &c. Et 2. Petri 2. Inter vos (inquit) erunt qui falſa docebunt &c. Erunt igitur errores non tantum apud externos hoſtes Mahometum et ſimiles/ ſed etiam in illo ipſo cœtu qui vocatur Eccleſia Dei/ Sed Deus miranda bonitate inter tantas tenebras quæ mū-

dum

dum ingratum oppreſſerunt / ſeruauit aliquem cœtum qui retinuit doctrinam Prophetarum et Apoſtolorū / nec prorſus ſinit interire ſuam Eccleſiam / etiamſi ſæpe admodum exigua eſt. Ac fuit tempus aliquot ſeculorum / ante Lutherum / omnino ſimile ætati Eliæ / cui deploranti interitū Eccleſiæ his verbis / Altaria tua deſtruxerūt / et Prophetas tuos occiderunt / et ego ſum ſolus relictus / reſpondit Deus / Erras (inquit) ſi exiſtimas te ſolum eſſe. Reliqui mihi ſeptem millia virorum / qui non curuauerunt genua ante Baal.
Eodem modo ſub Papiſticis erroribus manſit Eccleſia Dei / tametſi exigua fuit reſpectu Eccleſiæ malignantium / Fuerunt tamen docti viri qui publicos errores reprehenderunt et deplorauerunt Imo qui exilia aut ſupplicia propter piam confeſſionē pertulerunt / quales fuerunt Taulerus / Johannes Hus / Hieronimus Pragenſis / et antea multi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Certum quoqȝ eſt magnam multitudi-
nem fuiſſe infantium qui cum abluti
eſſent aqua Baptiſmi / et Chriſto ve-
lut palmites inſerti antequam erro-
ribus papiſtarum imbuerentur ex vita
exceſſerunt et in eas oras migrarunt /
quas Deus praparauit diligentibus ſe /
Ergo infantes hoc modo mortui / non
minima pars Eccleſiæ tunc temporis
fuerunt / Deinde multos fuiſſe con-
ſtat / qui tametſi per omnem vitam in
denſiſſimis tenebris et erroribus verſati
eſſent / tandem tamen in extremo vitæ
actu / ad Deum conuerſi errores agno-
uerunt ac deplorarunt / ſimul petentes vt
a Deo propter Filium mediatorem re-
ciperentur / Hodie quoqȝ angimur a-
nimis et quærimus vbi Eccleſia Dei
manſura ſit / cum videmus Imperiorū
ruinas / Principū diſtractiones / et va-
rias confuſiones et mutationes rerum
humanarum / Sed in his omnibus cer-
to ſtatuamus Deum ſibi ſeruaturum
eſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

eſſe aliquem cœtum/ſuum verbum amplectentem/ et credentem ſe ei curæ eſſe propter filium mediatorem/ iuxta promiſſionem Chriſti/ Ero vobiſcum omnibus diebus vſqꝫ ad conſumationē ſeculi. Item Oues meæ vocem meam audiunt/ et ego vitam æternam do eis et nemo rapiet eas de manibus meis.

Eſt igitur quærenda Eccleſia apud illos homines/ qui puram Euangelii doctrinam retinent et profitentur/ Et huius Eccleſiæ membra ſunt/ qui huic cœtui ſe adiungunt. Et Caput habet ipſum Chriſtum/ Et alligatus eſt voci et promiſſioni Euangelii/ Et cum ſit ſine humanis præſidiis mirabiliter a Deo omnibus ætatibus ſeruatur.

Qui ædificatores Eccleſiæ?

1 Primus ædificator eſt ipſe Deus pater/ qui viua voce ſtatim poſt

lapſum

lapſum filium ſuum ab æterno a ſe genitū / pro fundamēto Eccleſiæ poſuit inquiens / Semē mulieris &c. Tunc enim conſtitutus eſt ipſe lapis precioſus / vt geſtet totum ædificium domus Dei. Vt Eſa: 28. Ecce ego mittam in fūdamentis Sion lapidem angularem / lapidem probatum precioſū in fundamento fundatum.

2 Deinde ſunt huius Eccleſiæ Architecti / qui poſtea ſuper hoc fundamentū ædificarunt non fœnum aut ſtipulam / ſed aurum / argentum / et lapides precioſos / quales fuerunt Patriarchæ / Prophete / Apoſtoli / et eorum pii ſucceſſores / Huic enim omnes Prophete teſtimonium perhibent &c.

3 Poſtea omnes ſynceri et fideles verbi miniſtri legitime vocati ad functionem Eccleſiaſticam. Hi ſi ædificant domum Dei / ſuper fundamentū Moſi / Prophetarum Chriſti et Apoſtolorū / veri fabri et architecti ſunt. Nemo (in- 1. Cor: 3.

quit

quit Paul:) poteſt aliud fundamentum
ponere/præter id quod poſitum eſt/quod
Johan: 5. eſt Jeſus Chriſtus/Et Chriſtus ait/
Scrutamini ſcripturas / illæ ſunt quæ
teſtificantur de me. Illi autem qui non
ædificant totam ſtructuram Eccelſiæ ſu-
per fundamentū quod eſt Chriſtus/ſed
ſuper aliud quodcunqꝫ et qualecunqꝫ il-
lud ſit / non ſunt Eccleſiæ Chriſti ædi-
ficatores/ſed deſtructores/quales fue-
runt in populo Iſraelitico / Sacerdo-
tes Baal. Item Impii Pontifices/
ſacerdotes/Scribæ/Phariſæi/Eſſæi/
Zaducæi ꝛc. Et quales hodie ſunt An-
tichriſtiani/de quibus omnibus vatici-
Pſal: 118. natur Dauid. Lapidem quem reproba-
uerunt ædificantes/hic factus eſt in ca-
put anguli. A domino factum eſt iſtud
et eſt mirabile in oculis noſtris/ Do-
cent enim non ſolum Chriſto vero an-
gulari lapide/ ſed et noſtris operibus
nitendum eſſe. Quicunqꝫ enim a vero
Eccleſiæ fundamento recedit / reprobat
Chriſtum

Chriſtum preciosum lapidem. Sicuti hoc tempore a non paucis hæreticis et tyrannis reprobatur. Ideo ardentiſſimis votis/ et toto pectore omnes petant ut hoc poſtremo et periculoſiſſimo tempore/ inter tantas tempeſtates publicas/ quæ minantur Eccleſiæ infinitam diſſipationem et vaſtitatem/ Deus ſua bonitate aliquas Eccleſiæ reliquias conſeruet. Et tantum de Eccleſia/ Sequitur de ſecundo membro.

De Secundo membro.

Quomodo/ quibus modis ac mediis Deus ſe ac ſuam voluntatem Eccleſiæ patefecit.

Certo omnibus ſtatuendum eſt/ Deum non condidiſſe genus humanū ad voluptates corporis perfruēdas tantum/ aut ad has ingētes ærumnas

in quibus verſatur / ſed vt eſſet tem/
plum in quo Deus habitaret/et cui ſu/
am ſapientiam/ et bonitatem in omni
æternitate communicaret. Ideo etiam
colligit ſibi in mundo æternam Eccle/
ſiam / cui edita voce doctrinæ ſe va/
riis modis patefecit/ Et hunc ſuum
ſermonem vult ab Eccleſia bona fide
cuſtodiri incorruptum / et ſonare in ge/
nere humano omnibus temporibus.
Sed prochdolor/ ab hac voluntate Dei
in verbo expreſſa/inde vſqꝫ ab initio
ingens multitudo hominum diſceſſit et
adhuc hodie diſcedit/ et magna auda/
cia alii totam mentionem diuinitatis et
prouidentiæ diuinæ derident/ alii blaſ/
phœmant articulum de redemptione ge/
neris humani/ Sacramenta a Chriſto
inſtituta/ Item reſurrectionem mortu/
orum/alii noua numina/cultus et opi/
niones fingunt et ſtabiliunt/ nec tamen
in tanta caligine mentium/et miſerabi/
li confuſione rerum humanarum Deus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

lucem veræ doctrinæ prorſus extingui ſinit / ſed inde vſqꝫ a primis parentibus poſt primam promiſſionem editam / ſuam vocem / qua humano generi patefecit / mirabiliter (aduerſante diabolo / et magna multitudine impiorum hominum) conſeruauit / Hæc vera Eccleſia in qua doctrina diuinitus patefacta ſonat / non gignit nouam aliquam doctrinam / aut nouos fidei articulos vt ratio humana varias artes gignit / Sed Deus edidit arcanum et mirandum de filio ſuo æterno myſteriū incognitum rationi humanæ / quod a ſeculis abſconditum Eccleſia tantum explicat et declarat.

Ne autem exiſtimemus doctrinam Eccleſiæ / quæ in libris Propheticis et Apoſtolicis continetur / ex humano cerebro ortam et inuentam eſſe / dicam / quibus ac quot modis ac mediis Deus ſe manifeſtauit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Sciendum eſt autem Deum pa-tefeciſſe ſe dupliciter.

Primum per ſuas creaturas vi-ſibiles et inuiſibiles. Hæc reuelatio eſt communis omnibus hominibus. De illa patefactione loquitur Paul: Rom: 1. Quantum/ inquit/ de Deo ſciri poteſt manifeſtum eſt illis/ Deus enim illis manifeſtauit/ Inuiſibilia enim ipſius ab opificio mundi/ per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur/ ſempiterna quo-que eius virtus et diuinitas. Mens humana intuens totam mundi Ma-chinam/ et ordinem rerum in tota na-tura/ ſtatuit quod ſit Deus/ et quod ſit ſapiens/ potens/ iuſtus/ bonus &c. Videt quam certæ ſint leges motuum cœleſtium/ certum numerum ſpecierum/ et propagari ſimilia ex ſimi-libus/ videt quoqꝫ certas vices æſtatis et hyemis ad vtilitatem viuentium/ Et quā mirabiliter Microcoſmus paruus ille mundus ſcilicet homo/ formatus ſit

cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

cum corpore et anima / cum exterioribus et interioribus ſenſibus &c. Totus hic ordo perſpicue teſtatur eſſe aliquam æternam mentem / Architectricem / gubernatricem / et conſeruatricem omnium harũ rerum / Et quod Deus vere diligat genus humanum / ex quo omnia hominum cauſſa condita ſunt.

Sic Deus primum ſe et ſuam voluntatem ex viſibilibus et inuiſibilibus creaturis / mutis Magiſtris / videlicet ex multitudine / mãgnitudine / pulchritudine creaturarum patefecit / O cæcas hominum mentes qui tam expreſſis veſtigiis diuinitatis non mouentur / vt de Deo melius ſentiãt / et eum reuereantur / cum tamen (teſte Paulo) tam prope ſit / vt etiam manibus contrectari poſſit.

Secundo. Patefecit ſe hominibus ſuo verbo / in hoc quod patribus et Prophetis locutus ſit / propterea etiam

filius Dei appellatur λόγος patris / quia per ipſum locutus eſt Patribus et Prophetis.

Quomodo autem/ et quam variis modis ac mediis ſuam voluntatē arcanam patribus et prophetis reuelauit ex ſacris literis conſtat / videlicet ſex modis præcipue.

Per
- 1 Viuam vocem.
- 2 Angelos.
- 3 Intellectualem viſionem.
- 4 Imaginariam viſionem.
- 5 Res ſenſibiles oculis carnalibus ſubiectas.
- 6 Vnigenitum filium ſuum. Hebræ. I.

I

Primum ſe ac ſuam voluntatem viua voce de cœlo ſonante reuelauit ſine aliqua externa forma vel ſpecie/ Sic clara voce alloquebatur primos peccatores: primum voce legis inquiens /

Adam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Adam vbi es. quaſi diceret/ vbi eſt
meus Adam quem ego creaui ad ima-
ginem meam/cum innocentia et integri-
tate naturæ/ cum perfecta iuſticia et
ſanctitate : ꝛc. Deinde ne deeſſet cõ-
ſolatio primæ Eccleſiæ addidit vocem
Euangelii/ Semen Mulieris ꝛc.
Hoc modo ſæpe alloquebatur Abraham
Item Moſen / Et ſuper Chriſtum vi-
ua voce clamauit. Hic eſt filius meus
dilectus ꝛc.

II

Per Angelos ſæpenumero ſuam
voluntatem aperuit / Sic per angelum
Abrahæ ſuam voluntatem manifeſtauit
Gen: 22. Sic dicit Dominus / ait
Angelus ad Abraham/ quia feciſti hãc
rem et non peperciſti vnigenito filio ꝛc.
Ita alloquebatur Dominus Heliam 4 Reg: 1.
per Angelum. Item Balaam. To-
biam. Loth ꝛc. Sic quoq; Zachariæ/
Mariæ virgini/ paſtoribus/ Muli-
eribus euntibus ad ſepulchrũ Chriſti/

 ſuam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

ſuam voluntatem per Angelos reuela-
uit/ et multoties hoc modo ſuam volū-
tatem/ cum de ira et vindicta/ tum de
gratia et miſericordia declarauit.

III

Per intellectualē viſionem. Hac
eſt manifeſtatio/ qua Deus per ſpiritum
Sanctum ita illuminat mentes Pro-
phetarum vt mentaliter futura præui-
deant/ Et ſimul intelligant id quod
Deus illis occulta inſpiratione reue-
lare decreuit. Hoc modo (teſte Chri-
ſto) per occultam ſuggeſtionem vidit
Abraham diem venturi Meſſiæ in mū-
Johan: 8. dum/ et gauiſus eſt/ hoc modo illumi-
nauit Dominus mentē Jacob vt certo
poſſet videre filium Dei tunc venturū
Gen: 49. in mundum/ quando Sceptrum de tri-
bu Juda eſſet ablatum.

Eodem modo/ ſcz illuminatione
Pſal: 22: ſpirituali/ illuſtrauit mentem Dauidis
Pſal: 110. vt videre poſſet Chriſti paſſionē/ mor-
tem/ reſurrectionem/ quaſi coram/ paſ-

ſionis

ſionis ac mortis Chriſti ſpectator fuiſſet
Sic quoqz per intellectualem viſionem inſpirauit menti Eſaiæ Prophetæ ſuum arcanum conſilium mundo patefaciendum/ vt poſſet certo ſcire virginem concepturam et parituram Immanuelem. Eiuſmodi fuere reliquorum Prophetarum viſiones intellectuales/ Ad quem modum etiam pertinet quod Chriſtus aperuit Apoſtolorum mentes vt ſcripturarum myſteria intelligere poſſent. Hic eſt tertius modus quo egit cum Patriarchis et Prophetis ſcz per intellectualē ſeu mentalem viſionem/qua ita ſpiritualiter informauit mentes eorum/ vt ea quæ in mente diuina erant intelligere poſſent/ Sicuti etiam in die Pentecoſtes mentes Apoſtolorum illuminauit ꝛc.

Eſa: 7. et 9.

Luc: 24.

IIII

Per ſpecies/ ſeu imagines ſpirituales.
Hæc imaginaria patefactio eſt/ qua Deus imaginatione hominis ſe ac res

 diuinas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

diuinas/ſpeciebus/imaginibus/ac for-
mis inuolutas proponit ac repreſentat/
Hæc reuelatio diuinæ voluntatis dupli-
citer contingit. Alias dormientibus/
Gen: 28. Sic impreſſit Deus ſpiritualem ſpeciem
in dormiente Jacob vt videre poſſet in
ſomnis ſcalam protenſam a terra in
cœlum et Dominum innixum ſcalæ ꝛc.
Gen: 41. Sic quoqꝫ per imaginariam viſionem
in ſomnis vidit Pharao prouidenti-
am Dei/vaccis et ſpicis apparentibus
adumbratam.

Ita Nabugodonoſor vidit ſymu-
Dan: 2. lachrum illud admirandum quatuor
Monarchiarum ordinem ac ſucceſſum
denotans. Eiuſmodi fuere ſanctiſimi
Danielis viſiones imaginariæ in ſom-
nis pleræqꝫ multæ/ vt ipſemet teſta-
tur Capite octauo et alias.
Alias contingit talis patefactio diuinæ
voluntatis imaginaria vigilantibus/
Et tūc vocatur talis viſio vel extaſis/
id eſt/ exceſſus mentis/ vel raptus/
vel

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

vel viſio in ſpiritu. Tales reuelatio-
nes diuinæ per ſpecies imaginarias fu-
erunt pro maiori parte viſiones Eze-
chielis/vt de oſſibus quæ reuixerunt &c.
Tales fuerunt reuelationes Johannis
Euangeliſtæ / quæ in Apocalypſi ha-
bentur. Talis fuit Petri cōtemplatio
de linteamine miſſo cœlitus. Item 1 Cor: 12.
Pauli/ quando rapiebatur in tertium
cœlum / His Deus / quaſi in ex-
taſi Sola imaginatione ſpirituali ſe ac
ſuam voluntatem minifeſtauit. Atq;
hic eſt quartus modus quo Deus ſe a-
liquibus perſonis patefecit/ ſcz dormi-
entibus et vigilantibus/ vt illi deinceps
aliis viua voce eadem reuelarent.

V

Per res ſenſibiles /et externas formas/
ſenſibus ſubiectas / quibus Patriar-
chis et Prophetis etiam ſuam volun-
tatem patefecit/ cum non poſſent ipſū Gen: 18.
Deum in ſua eſſentia videre/ Sic A-
brahæ apparuit Dominus trium viro-
rum

rum ſpecie ac ſimilitudine. Tres vidit et vnum adorauit / per quod ſignificatur. Deum vnum eſſe in eſſentia / et trinum in perſonis. Sic quoqʒ apparuit Dominus Moſi in rubo ardenti. Eodem modo in monte Synai in igne legem daturus / ſuam voluntatem manifeſtauit / Talis fuit quoqʒ manifeſtatio per res ſenſibiles in Baptiſmo et tranſfiguratione Domini. Ita quoqʒ per externam viſibilem formam apparuit ſpiritus ſanctus in die pentecoſtes. Poſuit enim ſe ſupra ſingulos Apoſtolorum in viſibili flammarum ſpecie / et docuit illos predicare magnalia Dei.

VI

Per vnigenitum filium ſuum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum / qui aſſumpta humana natura arcanā Dei voluntatem generi humano reuelauit / et Prophetarum vaticinia explicauit.
Johan: 3. Sicut ait ipſe / Deum nemo vidit vnquam / ſed filius qui eſt in ſinu patris

ipſe

ipſe enarrauit/Idem teſtatur Epiſtola ad Heb: Cap: 1. Nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio &c. Quod autem per filium locutus ſit nobis/affirmat Chriſtus ipſe/Sermonem quem audiſtis non eſt meus/ ſed eius qui me miſit patris. Item. Sicut pater dedit mihi in mandatis/ ita loquor in mundo/Et quod Deus hunc audiri vult a toto genere humano/ teſtatur ipſe viua voce. Hic eſt filius meus dilectus hūc audite.

Omnes reliqui varii modi / quibus Deus olim loquebatur Patriarchis et Prophetis/ Chriſto aduenient e ceſſare deberent. Nam non vult amplius vt olim cum hominibus loqui per varias apparitiones iam recitatas/ ſed iam omnium hominum aures alligauit ori Jeſu Chriſti/Et non eſt aliud verbum amplectendum a quoquam/ quod non congruit cum doctrina filii Dei/ Ipſe enim adhuc docet in ſua Eccleſia

et doce-

et docebit vſqz ad conſumationem ſecu-
li/ Sicuti ait. Ego vobiſcum ſum ꝛc.

Item. Qui vos audit me audit. Ideo enim Deus ſuum filium hominē fieri voluit vt ſuam voluntatem humana voce nobis reuelaret/ Nam deuina vox qualis in ſe eſt/ intolerabilis eſt humanis auribus: qualis fuit vox diuinæ maieſtatis in mōte Synai/ Et Chriſti in horto. Vbi vnica ſuæ maieſtatis voce omnes ſuos hoſtes proſtrauit.

Hic eſt ſextus modus quo Deus ſe ac ſuam volūtatem orbi patefecit/ Et hic modus eſt nobis vtiliſſimus et maxime ſalutaris / vt Chriſtus ait/ Multi reges/ et Prophetæ cupierūt videre quæ vos videtis/ Et audire quæ vos auditis ꝛc.

Hic percipimus quomodo Dominus Deus ſe ac ſuam voluntatem nō ſolum creaturarum multitudine/ magnitudine

tudine/ ac Pulchritudine/ ſed etiam et omnium maxime ſuo verbo ſalutari/et ſpeciali quadam mentium illuſtratione/ arcanæqʒ veritatis reuelatione patefecit/ Vnde diſcimus quomodo myſteria a Seculis abſcondita in genus humanum deriuata ſint. Ita varijs modis ac medijs diuina maieſtas attemperat ſe ad hominum captum/ Vt eius verbum et voluntas ab hominibus cognoſci poſſit/ De quibus patefactionibus loquitur Dominus in Hoſæa/ Et teſtatur ſe apparuiſſe et viſiones multiplicaſſe/ Et in libro Num: promittit Num. 12
Dominus ſe Prophetis diuerſimode appariturum/ Sic inquiens/ Si fuerit inter vos Propheta per viſiones apparabo ei/ Et per ſomnia loquar ei ſic Tantum de apparitionibus quibus Deus ſe et ſuam voluntatem generi humano patefecit.

De Tertio membro.

Quomodo

Quomodo falſa Eccleſia / ſcilicet Antichriſtiana / omnia veræ Eccleſiæ dogmata turpiſſime iam ſere nongentis annis contra expreſſam voluntatem Dei in verbo reuelatam corrupit ac deprauauit.

Omnibus piis in hac clara Euangelii luce ad oculum videre licet / quomodo Pontifices Romani falſo prætextu nominis Eccleſiæ / exemplo diaboli in Paradyſo / pro libidine / auferebãt veritatem / et ordinationes diuinas / Et ſua excogitata mendacia et impoſturas ſubſtituerunt. Vnde Antichriſtus recte filius perditionis a D. Paulo appellatur / quia ipſemet perditus omnia diuinitus patefacta / præcepta / et ordinata / funditus corrumpere ac perdere conatur.

Vt autem vera a falſis diſcernantur / vtile ac ſumme neceſſarium eſt / cõferre præcipuos veræ Eccleſiæ articulos cum Romanæ Eccleſiæ mendaciis et

traditioni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

traditionibus humanis. Contraria e-
nim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.
Iubet etiam D. Paulus vt in me-
moriam reuocemus errores et idolatri-
as in quibus olim verſabamur / ne in
eoſdem denuo incidamus / Et viuis
coloribus maniſeſte depingit Antichri-
ſtum cū ſuis membris / Et ipſum tan-
quam atrociſſimum crucis Chriſti ho-
ſtem omnes pios fugere iubet / Mul-
ti (inquit) ambulant / quos ſæpe di- Philip: 3.
cebam vobis / nunc autē et flens dico /
inimici crucis Chriſti / quorum finis in-
teritus / quorum Deus venter eſt / Et
gloria in confuſione ipſorum qui terre-
na ſapiunt.

Item Nemo vos ſeducat in hu- Coloſſ: 2.
militate data opera et religione Ange-
lorum &c.

Nemo vos ſeducat vllo modo / 2. Teſſ: 2.
Quoniam niſi venerit defectio primum
et reuelatus fuerit homo peccati / et
filius perditionis qui aduerſatur / et ex-

tollitur ſupra omne quod dicitur Deus
Rogo vos fratres vt obſeruetis
Rom: 15 eos / qui Ieſu Chriſto non ſeruiunt /
ſed ſuo ventri et per blandos ſermones
et benedictiones ſeducunt corda innocen-
tium.

1 Tim: 4. Item. Spiritus certo prædicit /
quod in nouiſſimis temporibus / diſce-
dent quidam a fide attendentes ſpiriti-
bus impoſtoribus et doctrinis Dæmo-
niorum &c. Hæ et ſimiles ſententiæ
graphice depingunt Romanum idolum
cum ſuis mendaciis / impoſturis / fal-
ſis religionibus et aliis notis / quibus
cognoſcitur. Videamus ergo ordine
quomodo / horribili audatia et arrogan-
tia / pontifex Romanus cum ſuis / om-
nia veræ Eccleſiæ dogmata lacerauit
ac corrupit.

Lex.

Lex Dei eſt æterna et immutabi-
lis ſententia in mente diuina reuelata
nobis

nobis / præcipiens quales rationales creaturas eſſe oporteat / et quæ facere et omittere debeant / Et iram Dei ac pœnas præſentes et æternas denuncians iis qui non præſtant perfectam obedientiam.

1 Hanc mutauerunt Papiſtæ in regulas Monachorum et monacharum.

2 Item / dixerunt legi Dei ſatiſfieri poſſe proprijs viribus / per exteriora opera et ciuilem aliquam diſciplinã / etiamſi manent in corde multæ prauæ inclinationes contra legem Dei / Et quia arbitrabantur legi Dei ſatiſfieri ſolummodo externis operibus / ideo per hæc opera docuerunt homines iuſtos eſſe et Deo placere.

3 Extenuabant legem / et mendicitatẽ vel ſimile opus præferebant legi diuinæ / ad cuius opera / nulla tamen maiora ab vlla creatura cogitari poſſũt.

 Item. Quicquid Chriſtus Matth: 5. de lege prædicat / dicebant tantum conſilia eſſe / quæ Chriſtus voluit ſuperaddi legi / cuius opera / ſi homo facit bene eſt / ſi non / tunc non peccat. Ideo conſiliorum opera vocauerūt opera ſpecialis perfectionis / et ſatiſfactoria / per quæ tanquam indebita / poſſent ſatiſfacere pro proprijs et alienis peccatis.

Euangelium.

Euangelium eſt vox æterni Patris / Filij et Spiritus ſancti / commendata Prophetis et Apoſtolis / et reliquis miniſtris / quæ nos vocat / inuitat / et iubet / vt credamus placatum eſſe Patrem interceſſione Filij / et affirmat gratiā exuberare ſupra peccatum / modo deſinamus ruere contra conſcientiā / Et vt benefitium ſit certum / promittit gratis propter Chriſtum omnibus credentibus remiſſionem peccatorum /

donationē ſpiritus ſācti et vitæ æternæ.

Hoc Euangelium in omnibus ſcriptis/ lectionibus et concionibus/ mutauerunt in traditiones et inuentiones humanas/ in legendas ſanctorum et ſanctarum/ Et cum Euangelio pugnantia auditoribus propoſuerunt/ videlicet de inuocatione et cultu hominum mortuorum eorumq; reliquiis/ de peregrinationibus ad ſancta loca / de miſſis/vigiliis / indulgentiis / regulis / ieiunio/aqua benedicta/ herbis/palmis plattis/ fabulis ꝛc. Hæc et his nugis ſimilia/ loco Euangelii habuerunt.

Fides.

Fides eſt primum noticia in mente/qua aſſentimur promiſſionibus diuinis/et deinde fiducia voluntatis acquieſcēs in propoſito Mediatore/et propter eum accipiens remiſſionem peccatorum/ et vitam æternam:

Hanc ſub papatu mutauerunt in

fidem hyſtoricam / Et docuerunt homines ſaluari ſola noticia Hyſtoriæ / quam Iacobus etiam diabolos habere teſtatur.

Item affirmant dubitandum eſſe de miſericordia Dei / et ſalute æterna / Certo enim (inquiunt) concludere ſe eſſe in gratia Dei magna arrogantia eſt Sed dubitare humilitas eſt / reſpondeo Dubitatio eſt peccatũ / quod naturaliter nobis inhæret / docere igitur dubitandũ eſſe de gratia Dei / eſt docere peccatum Sed primum neceſſe eſt homines intueri propriam infirmitatem et agnoſcere ſe eſſe peccatores / ſicut Dauid / primum confitetur ſe eſſe peccatorem / dicens / tibi tantum ſum peccator. Hæc humilitas primum neceſſaria eſt / poſtea vero in illa lucta conſcientiæ debemus anteferre promiſſionem Dei noſtro peccato. Et tenere hoc dictum Pauli. Gratia exuberat ſupra peccatum &c. Hic rurſus tribuenda eſt Deo gloria

Veritatis:quia promiſit ſe recepturum in gratiam omnes in filium credentes. Dubitantes autem ruunt in deſperationem/ quia incerti ſunt de gratia Dei et ſalute. Ideo prodeſt habere in promptu teſtimonia contra Dubitationem.

Indubitatus ſermo eſt. 1 Timoth: 1. Abraham non dubitauit. Romano: 4. Plœna eſt et certa perſuaſio/ et firma certitudo. Col: 2.

Spiritus ſanctus arguet mundũ de peccato/quia non credit in me. Joh: 16. Qui non credit Deo mendacem facit eum 1 Johan: 5.

Item de Fide docent Papiſtæ/ Quod non Sola fide / ſed fide et operibus iuſtificantur homines. Reſpondeo. Cum ſcriptura aperte excludit a iuſtificatione peccatoris omnia omniũ legum opera/ et omnium hominum merita/ clare comprobat Sola fide iuſtificari hominem/ ad hunc ſenſum/ vt particula

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Sola / non notet ſolitudinem / ſed excludat in cauſſa ſalutis omnem operũ ac meritorum precium/valorem ac dignitatem. Nunquã enim ſolitaria aut incomitata exiſtit fides/ſi vera ſit/quin veram agnitionem peccatorum/ ſeriam contriti cordis humiliationem / et omnis impietatis ac nequitiæ deteſtationẽ/ Dei ac proximi dilectionem/et ardens obtemperandi Deo ſtudium/perpetuos habeat comites/vt nulla vſquã inueniatur res minus ſolitaria quam fides iuſtificans/ Ea tamen Sola / peccatorem iuſtificari recte prædicatur/cum ſola ſit cauſſa inſtrumentalis /qua miſericordia Dei iuſtificans accipitur et credenti applicatur. Sicut ſoli linguæ tribuitur quod ſit inſtrumentum loquelæ /etiamſi adſunt dentes/ fauces /labia/ Sic ſoli fidei tribuitur inſtrumentum quo ſaluamur etiamſi adſunt aliæ virtutes. Neqꝫ fides ipſa in quantum eſt virtus humana aut opus aliquod

noſtrum

noſtrum / quemquã iuſtificat ſed tunc vna cum omnibus aliis hominum virtutibus / a iuſtificatione excluditur / Sed eatenus / quatenus donum Dei et motus per auditum Euangelii a ſpiritu ſancto in corde accenſus / promiſſionibus gratiæ diuinæ aſſentiens / et acquieſcens in miſericordia gratuita / per mediatorem exhibita / iuſtificat / id eſt / remiſſionem peccatorum / reconciliationem cum deo / iuſtitiam Chriſti / et vitam æternã accipit / Et ſola accipit / Quia nulla operum perfectio / aut dignitas humana / tanta Dei dona vel accipit vel promeretur. Ita fides vera nunquam eſt ſola / Sola tamen iuſtificare impium recte vereq; prædicatur / Sicuti annulo multi effectus tribuuntur non quia ex auro et argento conflatus ſit / ſed quod gemmam magni precii in ſe contineat / Sic ad fidem magni atq; varii effectus referuntur / non propter virtutum præſtantiam /

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Sed propter filium Dei/ quem fides dulciſſimo oſculo excipit atqz complectitur.

Contra hanc fidem iuſtificantem/ multa ſophiſtica/et perplexa excogitauerunt/ vt de fide informi/ formata/ acquiſita/ infuſa/ explicita/ implicita &c/ ad obſcurandum officium et merita Chriſti/ quæ vnica fide a Deo donata/tanquã manu et inſtrumento animæ apprehendi poſſunt / ac debent. Nam fides iuſtificãs eſt tanquam oculus/manus et organum animæ / quod filium Dei cum vniuerſis ſuis donis / bonis / ac beneficiis intuetur /, agnoſcit/amplectitur/ et credenti applicat/ vt in illo iuſticiam / ſalutem/ vitam æternam/et omnia diuina/ ac cœleſtia bona poſſideat / quæ nullo alio/ vel medio vel inſtrumento / quam hac viua et minime ficta fide peccatoribus contingere poſſunt/ Id multis teſtimoniis et exemplis / ex ſacris literis probari

poteſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

poteſt/quæ hic recitare longum eſſet.

De Juſtificatione.

Juſtificatio eſt conſequi remiſſionem peccatorum/reconciliationem cum Deo/ et vitam æternam/ gratis ex miſericordia Dei per ſolum Chriſtum vera fide apprehenſum.

Hanc mutauerunt ſub papatu in propriam ſatiſfactionem/ in propria merita/interceſſionem ſanctorum/in indulgentias et regulas Monachorum &c. Et nullam aliam iuſtitiam nouerunt quam legis/ operum humanorum/et phariſaicam/ humana diligentia et diſciplina qualicunq; acquiſita.
Sed hanc iuſtitiam in cauſſa ſalutis reiicit ſacra ſcriptura/ et veram proponit quæ eſt ex fide in Jeſum Chriſtum.

Ex operibus legis (inquit Pau- Rom: 3
lus) non iuſtificatur coram Deo om-

nis

nis caro.
Item Nunc ſine lege iuſticia Dei ma-
niſeſtata eſt.
Item Arbitramur hominem iuſtificari
per fidem abſqz operibus legis.
Roma 4. Si Abraham iuſtificatus eſt ex operi-
bus habet gloriã ſed non apud Deum.
Si ex operibus eſt iuſticia Chri-
ſtus fruſtra mortuus' eſt ꝛc.

Veram iuſtitiam/infuſam vocant
et illam dicunt conſtare / non ſola fide
in Chriſtum/ ſed fide / ſpe et charitate

Reſpondeo/ Duplex eſt iuſtitia
videlicet Legis et Euãgelii/Legis iu-
ſticia conſtat ſpe/ charitate et omnibus
aliis virtutibus / quas Lex requirit /
quas qui habet iuſtus eſt ſecundum le-
gem. Sed quia legi nemo perfecte ſatiſ-
facere poteſt/Ideo Euangelium de lon-
ge alia iuſticia concionatur / quam non
legis aut noſtri operis / ſed Dei iuſti-
ciam vocat / Ea autem eſt imputatio
iuſticiæ / remiſſio peccatorum et gra-
tuita

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

tuita acceptatio ad vitam aeternā prop-
ter Christum / hanc autem Euangelii
iuſticiam quia non nouerunt papiſtæ /
ideo tantum de legali loquuntur.

In Definitione iuſtifiationis
non poſſunt ferre particulam GRA-
TIS / ſed adducunt operum merita
et meritorum mercedem / ex dicto Chri-
ſti male intellecto / merces veſtra copi-
oſa eſt in coelis.

Reſpondeo / quod ſit perpetuus
Eccleſiæ catholicæ / prophetarum / et
et apoſtolorum conſenſus / de gratuita
remiſſione peccatorum donata propter
Christum gratis / Sicut teſtatur Pe-
trus Apoſtolus. Huic omnes prophetæ
teſtimonium perhibent &c.
Item / Ex fide gratis vt ſit firma pro-
miſſio &c.

Sic gratis ſine operibus / tantū
fide in Christum Latro in cruce iuſtifi-
catus eſt / quia Dominus nō requiſiuit
quid prius operatus eſſet / nec expec-
tauit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

tauit quid operis expleret.

Sic mulier Cananæa/ de qua Luc: ſcribit/ habet quidem præſtantiſſima opera lauando et tergendo pedes Jeſu/ tamen nullis his operibus tribuit iuſticiam/ ſed ait fides tua te ſaluum fecit. Et omnes ſaluati a cõdito mundo/ hoc modo iuſtificati ſunt. Deus enim ab initio/ vno modo iuſtificat omnes.

Beatus Auguſt: ad Bonifacium/ cũ multa dixiſſet contra operum iuſticiam tandem concludit inquiens/ His igitur conſideratis/ pertractatiſq; pro viribus quas Dominus donare dignatur/ colligimus non iuſtificari hominẽ præceptis bonæ vitæ/ ſed per fidem Jeſu Chriſti/ hoc eſt/ non lege operum/ ſed lege fidei/ non litera ſed ſpiritu/ non factorum meritis/ ſed gratuita gratia etc.

Judas proditor habuit contritionem/ peccati confeſſionem/ egit quoq; duriſſimam ſatiſfactionem/ quod ſe ipſum ſuſpendit/ tamen non eſt his ſaluatus.

Verum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Verum ſciendum eſt quod parti-
cula GRATIS / non excludit me-
rita et dignitatem filii Dei pro nobis
mortui et reſuſcitati/ qui factus eſt æ-
quiualēs compenſatio et preciū pro redi-
mando genere humano / ſed excludit
dignitatem et valorem operum huma-
norum in cauſſa ſalutis æternæ.

Quod autē ad dictū Chriſti attinet/
Merces veſtra copioſa eſt in cœlis /de-
xtre intelligendum et explicandum eſt/
videlicet quod bona oppera non meren-
tur vitam æternam. Nam donum Dei
eſt vita æterna Rom: 6. Et tamen me-
rentur prœmia/non propter operum dig-
nitatem in ſe ſed primū primum prop-
ter promiſſionem Dei. Deinde vt fide-
les ad bene operandum alliciat. Ter-
tio promittit piis mercedem/ tanquam
hæredibus regni cœlorum. Quicunqz
enim credit in filium habet vitam æter-
nam. Non autem merentur bona opera
iuſtificationem/ quia iuſtificationem ſe-

quuntur

quuntur/tanquam fructus arborem.

Tamen(inquiunt) Paulus ait/ Deum redditurum ſingulis iuxta opera ſua.

Reſpondeo/quod D. Paulus illo dicto non tribuit iuſtificationem operibus/ ſed deſcribit iuſtos a poſteriori/ hoc eſt/a fructibus/Dabit unicuilibet iuxta opera ſua id eſt iuſtis vitam et iniuſtis pœnā/Bona arbor(inquit Christus) profert bonos fructus/mala malos/Et omnis arbor quæ non profert bonos fructus excidetur et in ignem mittetur/ Sic loquitur ſententia de fructibus fidei.

De verbo Dei·

Sacro ſanctum Dei verbum/ nēpe legis et Euangelii eſt/ quo ut vero Chriſmate/ ſpiritus ſanctus vngit et ſanctificat Eccleſiam 1 Timoth: 4. hoc abiecto/vſus eſt Papa proprio chriſ-

mate/

mate / quo ipſe vngit ſeu ſanctificat di-
gitos / manus / veſtes / calices / lapides
et ſua conſecratione temeraria et impia
ſe ſanctificare exiſtimat aquam / Sal /
herbas / faces / cereas / ſtatuas / pallia /
aras / caſulas / raſuras / cucullum ꝛct.
Hæc omnia illo fine fiebant vt idolatria
multiplex confirmaretur / Et toti tri-
nitati diuinæ / ſuum officium et hono-
rem auferrent / Sed verbum Dei quo
omnia ſanctificantur / monſtrat nobis
Deum patrem / creatorem / guberna-
torem et conſeruatorem omnium ſuarum
creaturarum / vt is ſolus inuocaretur
in omnibus periculis / corporis et ani-
mæ / Filium Dei vnigenitum vnicum
redemptorem noſtrum / Et ſpiritũ ſanc-
tum ſanctificatorem per verbum et Sa-
cramenta a Chriſto inſtituta / vos e-
ſtis ſancti (inquit) propter ſermonem
quem audiuiſtis ꝛct.

De Baptiſmo.

E Sanctũ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Sanctum baptiſmi ſacramentum eſt ſignum gratiæ et lauachrum regenerationis et renouationis ſpiritus ſancti/ et operatur remiſſionem peccatorum apud eos qui eo vtuntur/ iuxta inſtitutionem Chriſti.

Reſpondet papa/ Si fons eſt conſecratus/ tūc baptiſmus eſt ſacramentū

Item Baptiſmus eſt efficax propter vnctionem et raſuram baptizantis.

Item addenda ſunt aqua / ſal oleum/ candela ꝛc.

Reſpondeo/ hæc omnia pugnant contra Chriſti inſtitutionem / Tria enim requiruntur ad hoc ſacramentum/ videlicet verbum/ aqua/ et inſtitutio Chriſti/ Nunquid Jordanis flumen conſecratum erat ſale / oleo/ candelis / ſignatione crucis? Nunquid Johannes baptiſta ridicule raſus et vnctus erat?

Item Baptiſmus (inquiunt) aufert peccatum originale tantum/ Actua-

lia vero peccata/ quiſqz propria ſatiſſac-
tione delebit.

Reſpondeo / vſus baptiſmi durat
per totam hominis vitam / Et peccatū
(teſte Auguſtino) tollitur in baptiſmo /
nō vt non ſit / ſed vt non imputetur.

Item/ dicunt non ſolum homines/
ſed etiam campanas eſſe baptizandas.
Et quod externa aqua baptiſmi habeat
vim delendi peccata / reiiciendi dæmo-
nes et arcendi ſpectra.

Reſpondeo/ Sacramenta extra ſuum
vſum non ſunt ſacramenta.

Coenæ Domini Sacramē-tum.

Sacramentum altaris eſt verum
corpus et verus ſanguis Chriſti/ Chri-
ſtianis omnibus in pane ad edendū/ et
in vino ad bibendū/ mandatum in me-
memoriam paſſionis Chriſti et in cer-
tum ſignum remiſſionis peccatorum/
quod Sacramentū qui vel ex contemp-

tu vel alias in caſu ſcandali cõmunicare nolit / ſit tibi velut ethnicus et publicanus. Matth: 18.

Errores autem papiſtici præter furores Sacramẽtariorum ex diametro pugnantes cum hoc ſacramento / fuerunt hii.

1 Papiſtica priuatæ miſſæ celebratio / quam affirmabant eſſe oblationem / et ſacrificium pro viuis et defunctis.

2 Reſeruatio hoſtiæ in hierotheca.

3 Adoratio hoſtiæ in certis locis.

4 Communio ſub altera ſpetie tantum.

5 Panis et vini tranſubſtantiatio.

6 Verba canonis ſuper hoſtiam in ſilentio recitare.

7 Semel in anno tantum cõmunicandum.

8 Geſticulationes et ornatus ſacerdotis miſſarii repreſentant paſſionem et mortem Chriſti / vt expanſio / eleuatio

alba

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

alba veſtis/ caſula purpurea/ velamen ſtola/ brachiaria &c.

His erroribus tota virtus cœnæ Dominicæ obſcurata fuit.

Ad tollendas has cœna/ Domini prophanationes notandæ ſunt hæ regulæ.

Prima Regula.

Ad hoc creati ſumus præcipue/ et redempti/ vt ſerio omnem idolatriam condemnemus/ te defendamus verum cultum et veram inſtitutionem Dei/ Eſt enim miſſa Papiſtica horrenda idolatria/ vt Baal et alia in Iſrael fuerunt.

II

Sacramenta extra inſtitutum vſum/ non ſunt ſacramenta/ non enim cooperatur Deus vlli operi/ de quo nõ promiſit quod velit per ea operari/ ſicut non vult eſſe alligatus imaginibus/ Ideo Papiſtica miſſa non eſt magis Sacramentum/ quam eſt hodie Turcica et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Iudaica circūciſio / ex quo non habeant
mandatum ſacrificandi et applicandi.

III

Quicquid manifeſte pugnat cum
doctrina et fide eſt damnandū. Mani-
feſtum eſt autem Miſſæ applicationem
directe eſſe contra doctrinam fidei/dicūt
enim hoc opus mereri remiſſionem vi-
uis et mortuis / quæ tantum gloria fi-
dei eſt / qua accipimus remiſſionem
propter Chriſtum / ſine noſtro opere et
merito.

IIII

Oblatio quoq; pro peccatis in
miſſa eſt blaſphæmia in mortē Chriſti.
Nam ſolus Chriſtus per ſeſe hoc ſacri-
ficium fecit in cruce/ Chriſtum enim
offerre vel ſacrificare/nullius creaturæ/
ne quidem angelicæ eſt/ſed opus ſolius
Heb: 10 Chriſti/ vna enim oblatione conſūma-
uit in ſempiternum ſanctificatos.

Quantum ad ſacramenti adora-
tionem attinet/non habemus mandatū
alligādi Chriſtum ad certum aliquē
locum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

locū / ſed nos adoramus Chriſtū Deum et hominem / non alligatum vel ligno / vel lapidi / vel pani / vel vlli creaturæ / cum ſit omnia in omnibus / Sed adorandus eſt Chriſtus in omni loco / ſcilicet ſecundum ſuum mādatum / Itē. In ſpiritu et veritate ꝛc.

Item contra prodigioſam tranſſubſtantiationem argumentandum eſt hoc modo.

Corpus Chriſti verum / quod aſſūpſit ante mille quingentos quinquaginta ſex annos / formatū eſt ex ſpiritu Sancto in vtero virginis / et non aliter formatur in æternum / Ergo in miſſa non fit corpus Chriſti de nouo aut multoties / Nam ſemel formatum eſt / et ſemper ſic manet / Si autem fit trāſſubſtantiatio (quod falſum eſt) tunc fit Chriſti corpus de nouo / Si fit de nouo / tunc eſt aliud quam corpus Chriſti.

Vltimo notandum eſt ipſa verba

cœnæ bene conſiderata/ tollere omnes errores excogitatos a papiſtis et aliis ſophiſtis contra hoc Sacramentum.

De Clauibus Eccleſiae.

Adminiſtratio et vſus clauium publicus et priuatus eſt / quo ex mandato Chriſti vel reſipiſcentes peccatores abſolutionem publicam/ aut priuatam accipiunt / vel non reſipiſcentes per excomunicationem ligantur.

Papiſtæ autem docent quod

- Claues ſũt papæ non Eccleſiæ.
- Papa duas claues habet ligandi et ſoluendi omnia.
- Abſolutio fit per indulgentias papæ et merita ſanctorũ.
- Claues papæ liberant animas ex purgatorio.
- Ligãtur homines per excõmunicationes Papæ maiorẽ et minorem.

Hunc

Hunc diabolicum et periculoſiſſi-
mũ errorem ſumpſerunt ex dicto Chri-
ſti / ad Petrum apoſtolũ perperam in-
tellecto.

Tibi dabo claues regni coelorũ ꝛc. Matth: 16
Reſpõdeo / Vera ſentẽtia huius loci eſt
iſta / quod Chriſtus his verbis non al-
loquebatur tantũ priuatã Petri perſonã
nec conſtituit ipſũ Petrũ caput aliorũ
apoſtolorũ aut Eccleſiæ ſuæ / cuius ca-
put Deũ et hominem eſſe oportet / ſed
quemadmodũ Petrus reſpondit Chri-
ſto nomine omniũ apoſtolorũ / Tu es
Chriſtus filius Dei viui / Ita quoqꝫ
accepit nomine omniũ apoſtolorũ reſpõ-
ſũ a Chriſto. Tibi dabo claues ꝛc. Ti-
bi / id eſt / tuo et aliorũ apoſtolorũ mini-
ſterio / confeſſoribus filii Dei viui / vel
veræ Eccleſiæ / quæ tuã confeſſionẽ in
mũdo habet et circumfert / dabo claues
regni cœlorũ / Super hanc petrã / id eſt
ſuper doctrinã / et confeſſionẽ Petri nõ
ſuper ipſũ Petrũ / multo minus ſuper

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Papam filiū perditionis / qui cōtraria
Chriſto et Petro facit / docet et confite-
tur / ædificauit Chriſtus ſuā Eccleſiā /
ſed ſuper ipſā Petrā firmiſſimā ſcȝ ſe-
ipſum / quem Petrus / apoſtoli et tota
Eccleſia / pro capite et ſaluatore Eccle-
ſiæ agnoſcunt / docent / et confitentur.
Et etiāſi ſoli Petro dixiſſet. Tibi dabo
ecc. Tamē inde non ſequeretur Ponti-
ficē Romanū eſſe ſucceſſorem Petri.

Primū quia bona ſpiritualia / Eccle-
ſiæ donata / non ſunt hæreditaria. Se-
cundo / quia Petrus nūquam Solius
Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus fuit / ſed
apoſtolus immediate a Chriſto vocatꝰ.
Tertio mendaciū quoqȝ eſt Apoſtolos
reliquos fuiſſe ſub Petro / et Eccleſias to-
tiꝰ orbis fuiſſe vel eſſe ſub Papa. Itē nō
poteſt Papa eſſe vicariꝰ Petri / ex quo
Petro contraria docet et facit. Ex his
omnibus certa cōſequentia ſequitur / cla-
ues Eccleſiæ Chriſti ligādi et ſoluēdi /
nō magis ad Romanā Eccleſiā vel ſuc-

ceſſionem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

ceſſionē ordinariā Pontificū et Epiſco-
porum papiſticorū pertinere / quam ad
Turcas et Iudæos / Item ſacrilege
abutuntur quoqȝ poteſtate clauiū, in hoc
quod illos excōmunicant et damnant /
quos Chriſtus pro factis coronat, Ecō-
tra, ſcortatores et adulteros benedicūt
et ex ſua Eccleſia non eiiciunt / Nā ſi
iſtos excluderent valde parua eſſet Ro-
mana eccleſia.

De Ordinatione miniſtro-rum verbi.

Ordinatio miniſtrorū Euangelii
eſt idoneæ perſonæ legitima Electio /
vocatio / Et iuxta conſuetudinē apoſto-
licam ordinatio ad functionē Eccleſia-
ſticā per manuū impoſitionē et ardentē
inuocationem Dei.

Papiſtæ neminē pro vero ſacerdo-
te agnoſcunt niſi / qui ſit vnctus et ra-
ſus Papiſtico more. Item dicunt nec
verbum / nec ſacramenta quicq̄ / ponde-

ris ha-

ens habere / niſi ordines papiſticos ha-
buerit / Item quod in primitiua Eccle-
ſia (inquiunt) miniſtri fuerũt Apoſto-
li / Euangeliſtæ / Epiſcopi / Paſtores /
doctores / nunc eſſe debent / Papa / Car-
dinales / Epiſcopi papales / Abbates /
Priores &c.

Reſpondet Paul: Epheſ: 4. Chri-
ſtus aſcendens in altũ dedit dona homi-
nibus / Apoſtolos / Euangeliſtas / Pro-
phetas / doctores / paſtores / non dedit
papas / cardinales / abbates / priores /
canonicos / monachos / Talia dona
Sathan deſcendens ex alto ſuæ Eccle-
ſiæ donauit / ad inſtaurationem et ædi-
ficationem ſui regni.

Quantũ vero ad laruã ordinatio-
nis papiſticæ attinet / manifeſtum eſt
Chriſtũ primũ noui teſtamenti ſacerdo-
tem / factũ eſſe / ſine raſura ſine vnctura
ſine caractere vllo / Et ſine omni ordina-
tione papiſtica / fecitqꝫ apoſtolos om-
neſqꝫ diſcipulos ſuos per nullã ridiculã

raſuram

raſurā et vncturam / ſed dedit eis ſpi-
ritū ſanctū / veram ac cœleſtē vnctionē
Et miſit in mundū / non miſſare / ſed
Euangelizare. Quando quæſo raſit
Paulus capita Titi et Timoth: aut
vnxit manus eorum. Portentum igitur
illud raſuræ et vnctionis / humana te-
meritate et ſuperſtitione ſine verbo Dei
vel primitiuæ Eccleſiæ exēplo / in Ec-
cleſiam introductum eſt / Quare in le-
gitima et vera miniſtrorū verbi ordina-
tione / nequaquā vtilis vel neceſſaria
eſt papiſticæ ordinationis larua neqꝫ ſi
adſit ſufficit vt fias ſacerdos / alioqui
cogeris fateri neqꝫ Chriſtū / neqꝫ apo-
ſtolos fuiſſe ſacerdotes.

De bonis operibus.

Bona opera vocantur et ſunt ea / quæ in verbo dei fundata ſunt / quorum ſūma comprehenſa eſt in Decalogo / Et placent Deo propter filium mediatorē / vt vere fructus fidei / et exercitia pieta-

tis ac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

tis/ ac fieri debent ad gloriam Dei et proximi vtilitatem.

Papiſtæ addunt electicia opera/ extra/adeoqꝫ contra verbum Dei/videlicet/aquam benedictam/Roſaria/ peregrinationes ad ſancta loca/et alia diuerſorum ordinum opera/quarum plurima dicunt eſſe opera ſupererogationis et meritoria remiſſionis peccatorũ. Itē. Quod etiam mortuis proſint talia opera in purgatorio ⁊c.

His et ſimilibus operibus reiectis/ quæ humana temeritas excogitauit/ praſtemus Deo obedientiam iuxta normam ſui verbi/quod Chriſtianis triplicia bona opera in genere proponit faciendа.

1 Confeſſionis/quibus fidei noſtræ ratio reddenda eſt/ etiam cum periculo vitæ. Hæc opera ad ſecundum præceptum pertinent/et ſunt aliis praſtantiora/ qualia fuerunt opera trium puerorum. Dan. 3. Mulieris effundentis

vnguen-

vnguentū pretioſum ſuper caput Chri-
ſti/ Marthæ/ Mariæ/ et Lazari/
Chriſtum hoſpitio excipientium.
2 Vocationis/ad quæ quiſq; ex v-
tero matris vocatus eſt/ſcilicet aptus/
natus / ad hoc vel illud opus preſtan-
dum/hæc ſunt opera quarti præcepti /
vt prædicatoris/iudicis/ ſtudioſi / arti-
ficum / cōiugum/ magiſtratuum / do-
minorum / famulorum etc.
3 Charitatis/ſeu miſericordiæ/Chri-
ſtianorum omnium communia opera /
ad totam ſecundam tabulā ſpectantia /
qualia ſunt opera condonantium ſibi in-
uicem delicta / largientium elemoſinas/
iuuantium proximum in omnibus etc.
Quomodo autem huiuſmodi bo-
na opera fieri poſſunt/ quomodo placent
Deo/ Et cur facienda ſunt/ vide locos
communes Philippi Melanchtonis

De Oratione.

Oratio eſt ex alto et ardenti cor-
dis affectu

dis affectu / conqueri Deo ſuam neceſſi-
tatem in fide per Chriſtum.

1 Antichriſtiani autem dicunt/quod
orare ſit multa legere/ canere/murmu-
rare etiam non intellecta. (legere.

2 Item orare ſignificat multa roſaria

3 Item ſignificat ſanctos / vel Deũ
propter ſanctos inuocare / vt Maria
mater gratiæ / Item Surgite ſancti de
manſionibus veſtris etc.

4 Item. Angelica ſalutatio in papa-
tu ſumma oratio.

Sed Chriſtianos / abiectis his
impiis precationibus / iuxta mandatũ
Dei / ipſum Solum patrem Domini
noſtri Jeſu Chriſti vna cum ipſo Filio/
et Spiritu ſancto / inuocare oportet /
Deut: 6. Matth: 4. Dominum Deũ
tuum adorabis et illi Soli ſeruies. Hic
inuocandus eſt in ſpiritu et veritate /
quod eſt intimo cordis affectu abſq; ſi-
mulatione / non ſtrepitu labiorũ. Joh:
4. Eſa: 29. Populus hic labiis me
honorat/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

honorat / Item. Inuocandus eſt ſine conditione / et cum conditione.

1 Sine conditione vt pro remiſſione peccatorum / iuſticia / vita æterna / conſeruatione Eccleſiæ / depulſione blaſphœmiarũ &c. de quibus voluntas Dei iam Pſal: 32. eſt expreſſa / Pro hac orabit ad te omnis ſanctus.

Quanto magis dabit Spiritum Luc: 11. Sanctum petentibus &c.

2 Cũ conditione / vt in cruce / et periculis corporalibus / in quibus fides in genere ſtatuit Deo placere / et eum exaudire et varijs modis liberare.

Sic læproſus orauit / Si vis po- Matth: 8. tes me mundare.

Sic Chriſtus / Pater ſi poſſibile Matth: 22 eſt tranſeat hic calix. Sic Paulus ait / Rom: 8. Neſcimus quid oraturi &c.

Ad hanc verã precationem efficiendam nos inuitare debent.

1 Præceptũ / quod iubet inuocare Deum / et quod Deus hunc cultũ ab omnibus requirit / cuius etiam inobedi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

entiã grauiſſime punit. Inuoca me in
Pſal: 49. die tribulationis. Petite/pulſate ꝛc.
Matth: 6. 2 Promiſſio / quæ teſtatur exaudire
preces et efficaces eſſe. Nam dubiũ nõ
eſt quin promiſſis ſtabit/quin exaudiet.
Iohan: 6 Quicquid petieritis Patrẽ in nomine
Matth: 6 meo dabit vobis / dabitur/ aperietur
vobis. ꝛc.
3 Facilitas exaudiendi. Deus :n: pro ſua Philãtropia/nemini aditũ ad ſe præcludit/ſed quoſlibet admittit/et cordis contriti et afflicti rationẽ habet. Cor contritum et humiliatũ Deus nõ deſpi-
Pſal: 15 cies. Vult :n: õnes hõines ſaluos fieri.
1 Timot 2 4 Jeſus Chriſtus/in cuius nomine orandũ eſt/quia ipſe mediator/et reconciliator Dei et hominũ eſt/ Quic-
Iohan: 6. quid petieritis Patrẽ in nomine meo ꝛc.
5 Spiritus ſanctus / qui adiuuat infirmitatem noſtram / et nobis donatus non ceſſat interpellare vt ad Dei miſericordiam et beneficentiam adſpire-
:: 8. mus / Orat enim pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Virtus

6 Virtus orationis / quæ tanta eſt
vt hoſtes noſtros quam validiſſimos
proſternat / ne quid nobis obſit. Circū-
uallat enim angelus Domini timentes Pſal: 33.
ipſum. Motus eſt locus in quo ora- Act: 4
bant Apoſtoli.

7 Fides / qua promiſſionibus de
Chriſto mediatore nitētes exoramus /
etiamſi nobis eſſet impoſſibile. Omnia Mar: 9.
enim ſunt poſſibilia credenti. Quomodo Rom: 10.
inuocabunt / in quem non credunt?

8 Neceſſitas ſeu res petenda com-
plectens publica et priuata pericula /
ſpiritus et corporis.

Hoc modo nō loquuntur Papiſtæ de
oratione / nec habent ipſorū precationes
fūdamentū in ſacris literis / ſed ex dia-
metro contra mandatū Dei pugnant.

Quando orandum eſt?

Semper et ſine intermiſſione Deū li-
cet cōpellare vel inuocatione / vel gra-
tiarum actione.

Oportet ſemper orare. Luc: 18

1 Teſſ 5. Sine intermiſſione orate.

Vbi orandum.

In omni loco / modo fiat in cordis
1 Timot 2 cubiculo / volo (inquit Paul:) viros ora-
re in omni loco.

Pro quibus orandum.

Pro omnibus hominibus / pro re-
gibus et ſubditis / amicis et inimicis /
et pro ſe inuicem. Paulus iubet multũ
pro ſe orare.

Qui orandi geſtus.

Varii / qui ſunt tanquam veriſimi-
lia teſtimonia piæ orationis / vt genu-
flectio / ſuſpitio in cœlum / manuũ ſub-
latio / et expanſio / totius corporis pro-
ſtratio / pectoris percuſſio / capitis de-
tectio.

Quorum oratio accepta.

Pie viuentiũ / aut certe reſipiſcen-
tium. Quia Deus peccatores non ex-
audit / eos videlicet quos nulla pœnitẽ-
tia mouet. Pro hac orabit ad te omnis
Pſal: 32. ſanctus. Fiat oratio eius in peccatũ. Et
clamaue-

clamauerunt ad Deũ et non exaudiet. Ezech: 8.

De Ieiunio

Chriſtianum ieiuniũ eſt abſtinẽtia animæ et corporis / nõ ſolum a cibo et potu/ſed etiã a prauis huius mundi deſideriis/et impietatis. Sic enim D. Auguſt: diſtinguit ieiunium / in ieiunium corporis et animæ.

Papiſticũ vero ieiuniũ eſt comedere non carnes ſed piſces præſcriptis diebus/quod ieiuniũ (teſte Auguſt) nuſquam reperitur in nouo Teſtamento / præceptũ vel a Chriſto/vel ab Apoſtolis/ Hoc ieiuniũ papiſticũ aliud eſt quadrageſimale/aliud quatuor temporũ/aliud ſeptæ feriæ /aliud vigiliarum. Hæc genera ieiuniorũ a papiſticis pontificibꝰ excogitata / ſine analogia fidei / duplici ratione ſunt impia. Quia primũ corpori / deinde animæ nocent.

Corpori dupliciter nocent.

Primum nimia abſtinentia. Multi enim velutti pauperes/infirmi/opera-

rii / ex nimia inedia corporis vires con-
ſumebāt, Et facti ſunt inepti ad vllum
bonum perficiendum / imo multi inde
perierunt. Illi enim pro exectatiſſimis
Hæreticis habebantur / qui contra pro-
hibitionē papiſtarū / carnes ſexta feria e-
debant / interim ipſimet tota hebdomada
carnibus cōcubinarū et meretricū abu-
tebantur.

Secundo / corpori nocent ſuper-
fluitate / et copioſis apparatibus / vn-
de ſimiliter multi perierunt / Semel .n.
in die ad ventris extenſionē ſupra mo-
dum comedebāt / poſtea vero plus ſatis
ad dimidiū noctis / ſe vino potationeqꝫ
implebant.

Animæ quoqꝫ dupliciter nocent.

Primum quia ligant cōſcientias
hominū laqueis / facientes bonas Dei
creaturas immūdas.

2 Deinde / quia fiunt / cum impia
opinione iuſtificationis et verā fiduciā
in Chriſtū auferunt / Maxima .n. im-
pietas eſt ſentire nos harū rerū vſu vel

abſtinentia

abſtinentia promereri remiſſionē peccatorū et vitā æternā/iuxta ſētentiā Pauli. Eſca non comendat nos Deo/Regnū Dei non eſt eſca et potus ⁊c. Rom: 14

Nemo vos iudicet in cibo et potu ⁊c Col: 2. Item omnia munda mūdis. Item omnis creatura bona eſt ad percipiendū cū gratiarū actione ⁊c: 1 Timot 4 Et Chriſtus ait/ Quod intrat in os nō coinquinat hōiē.

Abiiciamus ergo de ieiunio doctrinas dæmoniorū (vt Paulus vocat 1 Timoth: 4) ac vere et pie ieiunare diſcamus.

Eſt autem verum et chriſtianū ieiu: aliud
- 1 Generale
- 2 Singulare
- 3 Coactum
- 4 Vocationis
- 5 Charitatis

I Generale ieiuniū/ſeu magnū/eſt renouatio vitæ in qua homo abſtinet/ab illicitis huius ſeculi voluptatibꝰ. et iniquitatibus /de hoc genere ieiunii loquitur Paul: 2. cap: ad Titū. Abnegantes impietatem ⁊c. Hoc magnū eſt ieiunū/quia maxime Deo placet/ gene-

rale quoqz dicitur/quia ad omnes Chri-
ſtianos ſpectat/et ſemper fieri debet.

2 Singulare ſeu voluntarium ieiu-
nium fit/ quando quiſpiam peculiari
tempore/propter neceſſitatem quandam
corpus ſuū caſtigat/vt tempore peſtis/
belli/ famis/ vel alterius mali ingru-
entis. Sic ieiunauerūt Niniuitæ Jon: 3.

3 Coactū Chriſtiani ieiuniū fit quā-
do quis propter violentiā cibo et potu
carere cogatur/ veluti carcere incluſus/
vel alio modo quocūqz.

4 Vocationis quando non datur ociū
edendi aut bibēdi propter ardua vocatio-
nis negocia.

5 Quintū genus Chriſtiani ieiunii
charitatis dicitur/ de quo Eſa: loqui-
tur/Frange eſurienti panem tuum.

Summa/vere ieiunare eſt viuere
per totam vitā ſobrie/ erga ſeipſum in
cibo et potu/ iuſte erga alios/ pie erga
Deum in rebus diuinis.

De Coniugio.

Coniugiū eſt legittima coniunctio
maris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

maris et fœmina/ quæ a Deo iuxta verbũ illius cũ vtriuſq; libera volũtate ad perpetuã vitæ conſuetudinem/ quæ aut ſuſcipiẽdæ prolis/aut vitandæ ſcortationis/aut mutui ex voluntate Dei adiumenti vitandiq; tedii ſolitudinis gratia/conciliata eſt. Hec diffinitio coniugii omnibus illis partibus conſtat/ quæ naturã rei declarant/ex quibꝰ partibus liquet quantũ diſtat maritus a concubinario/legitima vxor a ſcorto/ veritas a mendacio &c.

Quicquid autem Põtifices/ papiſtæ/ monachi et moniales de coniugio ſenſerint/ apparet non ſolũ ex eo quod contra vſũ coniugii monaſteria ſunt ædificata/ ſed etiã quod omnes ſpirituales (vt vocant) e medio tulerunt/incendio/ ac ſuppliciis/ quando ducere aut nubere volebant. Talem prohibitionẽ vocat Pau: doctrinas dæmoniorũ. 1 Timot:4

In cœnobiis vouerunt perpetuũ cœlibatum/ et abſtinentiam a ligitimis nuptiis/ ſed quã horrẽdus fuerit eorũ

 fucus

ſictus cœlibatus / vel ſolum Gregorij pontificis viuarium ante 500. Annos 6000. Capitum infantum repletum teſtatur / Hi etſi vtcunqꝫ permiſerunt aliis coniugium / tamen vt deterrerent ſuos a coniugio / dixerunt virginitatem Paradyſũ replere / nuptias autẽ terrã ⁊c.

Eodem modo Sacrificuli / cum toto clero papiſtico cõcubinatum licitum eſſe affirmãt contra manifeſtũ verbũ Dei / coniugium vero ſacerdotũ ſeu miniſtrorum verbi ſumme deteſtantur / quia fugiũt crucem coniugibus a Deo impoſitam / Et coniugiũ rem immundam / ſe vero mundos eſſe ſõniant / ideo multa conuitia in coniugium iacent.

Sed manifeſtum eſt legem de cœlibatu et concubinatu eſſe fontem horribilium malorum.

1 Abolet legem diuinam.

2 Prohibet remedium legitimum / et diuinitus inſtitutum.

3 Vult corpora aut obſcenitate pollui / aut interfici.

Stabilit

4 Stabilit doctrinas dæmoniorum/ et eſt nota Antichriſti.

5 Parit teterrima flagitia / imo et parricidia crudeliſſima.

6 Erigit nouum cultum et contumelia afficit nomen Dei.

7 Damnat veterem Eccleſiam:

8 Facit coniugium vitioſum.

9 Scortationis et adulteriorum cauſam præbet.

10 Romam ſimilem reddit Sodomæ et Gomorrææ. Nihil reſtat niſi vt eundem expectet euentum.

Chriſtiani vero abiectis etiam his doctrinis dæmoniorum/ matrimonium honorare et magnifacere ſtudeant/quinq; præcipue de cauſis.

Prima/ quod ſit opus et ordinatio Dei. Conſtat enim ex verbo Dei. Et Deo autore ortũ/ et naturæ inſitũ eſt/ Non eſt bonũ hominẽ eſſe ſolũ / Adduxit Deus Euam ad Adam et dixit. Relinquet homo patrem et matrem et adhærebit vxori ſuæ/et erunt duo in carne vna. Hoc cõ-

fictus cœlibatus / vel ſolum Gregorij pontificis viuarium ante 500. Annos 6000. Capitum infantum repletum teſtatur / Hi etſi vtcunqz permiſerunt aliis coniugium / tamen vt deterrerent ſuos a coniugio / dixerunt virginitatem Paradyſũ replere / nuptias autẽ terrã &c.

Eodem modo Sacrificuli / cum toto clero papiſtico cõcubinatum licitum eſſe affirmãt contra manifeſtũ verbũ Dei / coniugium vero ſacerdotũ ſeu miniſtrorum verbi ſumme deteſtantur / quia fugiũt crucem coniugibus a Deo impoſitam / Et coniugiũ rem immundam / ſe vero mundos eſſe ſõniant / ideo multa conuitia in coniugium iacent.

Sed manifeſtum eſt legem de cœlibatu et concubinatu eſſe fontem horribilium malorum.

1 Abolet legem diuinam.

2 Prohibet remedium legitimum / et diuinitus inſtitutum.

3 Vult corpora aut obſcenitate pollui / aut interfici.

4 Stabilit doctrinas dæmoniorum/ et eſt nota Antichriſti.

5 Parit teterrima flagitia / imo et parricidia crudeliſſima.

6 Erigit nouum cultum et contumelia afficit nomen Dei.

7 Damnat veterem Eccleſiam:

8 Facit coniugium vitioſum.

9 Scortationis et adulteriorum cauſam præbet.

10 Romam ſimilem reddit Sodomæ et Gomorræ. Nihil reſtat niſi vt eundem expectet euentum.

Chriſtiani vero abiectis etiam his doctrinis dæmoniorum/ matrimonium honorare et magnifacere ſtudeant/ quinqȝ præcipue de cauſis.

Prima/ quod ſit opus et ordinatio Dei. Conſtat enim ex verbo Dei. Et Deo autore ortū/ et naturæ inſitū eſt/ Non eſt bonū hominē eſſe ſolū / Adduxit Deus Euam ad Adam et dixit. Relinquet homo patrem et matrem et adhærebit vxori ſuæ/ et erunt duo in carne vna.

Hoc cō-

Hoc confirmat ipſemet tribus præceptis in Decalogo poſitis.

Eodem modo filius Dei / inquiens / Qui hominem fecit ab initio maſculum / et fœminam creauit eos. Item Quos Deus cõiũxit homo nõ ſeparet.

Idem confirmat Spiritus ſanctus in Epiſtola ad Hebræos. Coniugiũ ſit honoratum / et thorus immaculatus &c. Sic tota Trinitas oſtendit coniugiũ / diuinam coniunctionem eſſe.

Matth: 19

Heb: 13.

II

Quod diuina promiſſio ſit addita coniugio et benedicat coniugio.

Gen: 1. Benedixit illis deus / Et ait / Creſcite &c. Et in Pſalmo. Ex labore manuũ tuarũ victum habebis &c. Chriſtus ipſe ſua præſẽtia et primo miraculo benedixit coniugio.

Pſal 128.

Iohan: 2.

III

Quod habeant coniuges pro ſuæ vitæ inſtituto tam ex veteri quã ex nouo teſtamento tot egregia exempla patriarcharũ / prophetarũ / Apoſtolorũ et

aliorum

orum qui fuerunt coniuges/ quorum exē-
plum quis non mallet imitari / quam
exemplum impuri cœlibatus papœ et
ſectatorum eius. IIII.

Magnifaciendum eſt matrimoniū
quod ſit medicina quœdam a Deo / in
hoc ipſum deſtinata vt bona conſcientia
caſte viuere liceat ei/ qui calebs eſſe non
poteſt /nec extra coniugium ſine peccato
et cum bona conſcientia viuere poteſt /
Lapſu enim primorū parentū ſic natura
humana corrupta eſt /vt pauci veri ca-
libes eſſe poſſint. Hoc verbum non om-
nes capiūt/inquit Chriſtus/Et Paul:
Propter fornicationem vnuſquiſqꝫ &c.

V

Hoc noſtrū Matrimoniū eſt etiā ima-
go et figura aterni coniugii cōtracti in-
ter Chriſtū ſponſū et Eccleſiā ſponſam
Epheſ: 6. Myſterium hoc magnū eſt
at ego dico in Chriſto et Eccleſia &c.

In ſūma. Matrimoniū eſt quaſi
fons quidam /vnde ſcaturiunt/ qui reſ-
pub: ſapienter et iuſte adminiſtrent /qui
in Eccleſia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

in Eccleſia doceāt / et alia munera obe-
ant / ſiue in politia ſiue in Chriſti regno.

Dent igitur operam coniuges / vt
pie viuāt et habeant fidem Chriſtianā /
coniugalem et ſocialem / mutuo ſeſe
diligant / et vterqꝫ ſuo ſeorſim offitio
ſatiſfaciat.

Præbet enim matrimonium coniugi-
bus infinitas occaſiones bonorum ope-
rum vt ſunt.

1 Primum Philoſtorgia coniugū /
mutuus amor / quē requirit Paul: Col:
3. Ephe: 5.

2 Liberorum ratio vt alantur / educen-
tur / inſtituātur et a morbis curētur ꝛct.

3 Communis morbus / dolor / diligē-
tia / cura / fides et amor parentum in
ægritudine liberorum et aliis rebus ad-
uerſis.

4 Commune gaudium / congratula-
tio / gratiarum actio coniugum / cum
res ſecundæ ſunt.

5 Summus animorum conſenſus /
amor / beneuolentia mutua in rebus ſe-
cundis

cundis et aduerſis cum aliis operibus charitatis.

Ecce / cum hoc modo verum falſo opponitur clariſſime videre licet / quomodo Antichriſtus cum ſuis ſectis / veræ Eccleſiæ præcipua dogmata turpiſſime laterauit ac corrupit. Deprauatis a Romana Eccleſia ordinationibus diuinis (vt monſtratum eſt) in quibus ergo rebus omnium maxime conſiſtit Romana Eccleſia?

In traditionibus humanis / libero arbitrio / indulgentiis papalibus / votis regulis / monaſteriis / inuocatione et cultu ſanctorum / in audiēdis et redimēdis miſſis / in ficticiis diuerſorum ordinationū operibus / in fraternitatibus / reliquiis / roſariis / peregrinationibus / ſimulatis ieiuniis / horis canonicis. Præterea / in aqua benedicta / igne / turibulis / candelis / imaginibus / palmis / herbis / et aliis nundinationibus / impoſturis et deprædationibus / quibus nō ſolum bona terreſtria abſorbuerunt im-

pii papiſtæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

pii papiſtæ / ſed animas quoqz multo-
rum in æternum exitium præcipitaue-
runt. Quis quæſo locus eſſe potuit or-
dinationum diuinarũ inter tot portenta?

Gratias igitur immortales Deo
agamus /quod ex immẽſa miſericordia
ſua nos ex his ſeductionibus et direpti-
onibus diuini verbi liberauit /et verita-
tis lumine illuſtrauit / ac ordinationes
ſuas nobis integre reſtituit / Et fugia-
mus Eccleſiam malignantium nec tra-
hamus iugum cum infidelibus. Ini-
quos (inquit Dauid) odio habui/Itẽ
perfecto odio oderam illos &c.

Et tantum de tertio huius oratio-
nis membro.

Haffniæ Anno 1 5 5 6.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1240 8° copy 2